UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavcvlis Exceptis - Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

24. Genealogia Caroli Magni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64177

Visual Library

GENEALOGIA CAROLI MAGNI,

Auctore Anonymo,

ſcripta

ANNO DOMINI 867.

Nunc primùm ex m. ſ. S. Galli edita.

Ad Lectorem.

NONmagni momenti dices eſſe hanc ſchedam genealogicam tam breuem, tam nullo autore præſignẽ. Ita eſt. Attamen non digna eſt perire: quippe quæ ſe ſua antiquitate commendet, ſcripta anno 867. ab interitu hic vindico. hoc vnum in hac editione conſilium. Quod autem Carolus Magnus hic mortuus dicitur anno 815. eſt plane contra ſententiam communem, quæ in annum 814. conſentit.

INCI-

INCIPIT COMMEMORAtio Genealogiæ Karoli Imperatoris.

ANSPERTVS, qui fuit ex genere ſenatorum, præclarus vir atq; nobilis, in multis diuinis pollens, accepit filiam HLOTHARII REGIS FRANCORVM ad coniugē, nomine BLICHILT, & habuit ex ea filios tres, & filiā vnā. primogenitus ipſius ARNOLDVS nominatus eſt: Secundus FERIOLVS, tertius MODERICVS: & filia ipſius TARSICIA, FERIOLVS qui EPISCOPVS effectus eſt IN VCECIV ciuitate MARTYRIO coronatus eſt, ibiq; requieſcit in pace. MODERICVS vero in HARISIO EPISCOPVS eſt ordinatus, ibiq; CONFESSOR CHRISTI req eſcit in pace. vbi DEVS pro meritis multa miracula opatur. TARSICIA VIRGO CHRISTI in Virginitate ſua perſeuerans, in RODINIS ciuitate requieſcit: pro cuius meritis ibidē CHRISTI virtus cottidie oſtēditur: quæ etiā fertur mortua mortuos ſuſcitaſſe. ARNOLDVS primogenitus ipſius genuit Domnū ARNVLFVM, Domnus ARNVLFVS genuit FLODVLFVM & ANSKISVM, FLODVLFVS diuina annuente gratia Epiſcopus ordinatus eſt. ANSISVS genuit PIPINVM. PIPINVS genuit KAROLVM. KAROLVS vero genuit Domnū Regem PIPINVM. Domnus PIPINVS genuit Cæſarē glorioſum, ac Principem nobiliſſimum KAROLVM.

Anno Incarnat. Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCXV. KAROLVS omnium AVGVSTORVM optimus, ad AQVASGRANI V. Kal. Febr. hora diei tertia, de hoc ſæculo migrauit: qui regnauit annos XLVII. Deceſſit autem anno ætatis ſuæ LXXII.

Et ſuſcepit HLVDOVICVS filius eius eodem anno imperium, qui regnauit annos XXVI. id eſt, vſq; ad annum Incarnationis Domini noſtri IESV CHRISTI DCCCXL. Deceſſit autem XII. Kal. Iul. in Inſula RHENI, iuxta palatium in INGILINHEIM.

Poſt quem HLVDOVICVS filius & æquiuocus eius in orientali Francia ſuſcepit imperium: Qui anno præſente, id eſt, Incarnationis Domini noſtri IESV Chriſti DCCC. LXVII. XXVII. annos regnare videtur.

FINIS.